



pag. 652; VIII.





pag. 67. 111



3
3
37

HEBRAISMUS PHILOLOGICO- DIDACTICUS,

Benevolo indultu
FACULTATIS PHILOSOPHICÆ,

M. DC. XCIII. die Septembr.

P. P.

à
M. GOTHOFREDO Steinbrecher/
Lützenfi,

RESPONDENTE
SAMUEL HENRICO Junghans/
Leubenâ-Misn.

L I P S I Æ,
Typis ANDREÆ ZEIDLERI.

HEBRÆISMUS
PHILOGICO-
DIDACTICUS

Fennovo in halm
FACULTATIS PHILOSOPHICÆ

M. DC. XCIII. die septima

P. R.

M. GOTHOFREDO (Reinbrecher)
Lübeck

RESPONDENTE
SAMUEL HENRICO Zumbach
Leubna-Mün.

1793
Typis ANDRÆ ZEIDLERI



בהנהגה

M

Agnum momenti in Informatione prudenti & methodica positum esse; in Epistola Indicis nostri Biblici dedicatoria diximus. Sed cum instituti nostri ratio tum temporis non esset, viam modumque hujus rei monstrare, ac proinde non pauci a me petierint, ut sensa mentis meae paullo fufius explicarem; ipsorum ego petitis locum relicurus animum induxi, aliqualem viam & methodum Linguarum aliarumque bonarum artium feliciter tractandarum praere. Equidem dicat quis: tune viam aliis praescribas, a quibus ipse informationem hujus rei petas oportet. non praescribo. interim recte putas, B. Lector. quamvis enim ego in Schola olim tam classica, quam in hac Lipsiensium illustri Academia per annos non paucos provinciam juventutis informanda suscepimus, cum Nobiliss. Dominis Studiosis utilissima in Linguas & alias Disciplinas Collegia ministravimus, atque ita frequentiori docendi exercitio ipse didicisse putaverim, qua via Discipulorum ratione possit debeatque consulti: iudicio tamen meo minime confisus ab aliis informationem, quam forte putant noruntque accuratorem, expeto atque desidero. Hinc est, quam ob rem mentem meam in publica hac disputatione explicare, & qua primas paginas, Eruditorum συζητήσεις subijcere haud dubitavi, ea, qua par est, humanitate obtestatus, ut ne orbis eruditus id, quod forte corrigendum judicaverit, mecum amicissime optimaque fide communicare dedignetur, quippe bono publico quam optime constitutus, & mihi rem gratam facturus. Quod igitur institutum meum attinet, primum dicam, quanam Grammaticae Linguis docendis discendisq; sint eligen-

eligendæ, & quâ Methodo ipsæ tractandæ; deinde quomodo in aliis disciplinis felicius sit progrediendum. Nam profecto certum est & exploratum, multos in Præcepta, quæ vocant, Grammaticalia incidere, ad eò non probanda; aut, si vel optima elegerint, Methodum arripere, puncta censoris acuti minimè ferentem. Nemo incicias ibit, Grammaticam e.g. Græcæ Linguæ Wellerianam omnium esse optimam & nervosissimam, eâ tamen uti qui nescit, sed ordinem paginarum secutus, quadrata rotundis, ita ut loquar, miscet: à regia docendi via maximè aberrabit, infelicissimus Præceptorum Icarus. Quo fit, ut aureus iste Græcæ Linguæ libellus à non paucis, qui fortean à puero aliam Grammaticam didicere, aut eandem ire viam edocti sunt, vel temerè contemnatur, vel ipsi, quasi minus profecto, alia Grammatica adjungatur. Sed hi tales sunt, qui in Præceptorum olim suorum verba & Methodum, emunctoris naris viris non semper probatam, jurantes, & ad Antiquitatem, quæ sanè, quod ipsi dicunt, stulta stolidaque non fuerit, provocantes, vitam profundere malunt, quam in aliam se viam deduci patientur. Idem si de Grammatica Ebræa affirmabo, à verò non aberravero. Quare cum hætenus viderim, nonnulla Ebrææ Linguæ Præcepta vel nimis brevina, vel in compendium redacta minusque sufficientia juventuti dispendio esse non minimo; nonnulla autem præter colluviem nubemque exemplorum, Regulis suis vel nimium prolixis, vel ad eò multis captum discentium obruere atque confundere: mediam ego iturus viam conscripsi haud ita dudum Ebrææ L. Grammaticam, æquò justoque nec prolixior nec brevior, in qua B. Wasmuthi Methodum sequi & volui & debui. (rationem hujus rei dedi in Grammat. Præfat.) Ut itaque quandam præeam viam, qua quilibet Grammaticam eò felicius atque facilius vel ipse discat, vel alios doceat atque ita διὰ νόησιν, quæ occurrunt, ^{superot:} ^{hunc} ^{ebraïssimum} Philologico-didacticum luci exponendum curavi. Equidem non possum non fateri, quod critica subtiliora hinc inde insperferim, ideò tamen ^{αὐτοεργίας,} qua multi Grammatici laborant, accusandum me esse non spero: cum ea, quæ solidius evolvuntur, linguam ^{ἑσπνεύσον,} in qua ne ^{νεσχαίν} frustra positam esse scimus; à qua etiam utpote Linguâ doctissimis viris primigeniâ auspiciari volui, respiciant. Ne autem confusio earum rerum, quæ tractantur, suboriatur, sed uno intuitu ipsæ conspici queant, singulorum Caputum contenta velut in Indice præmitteremus. De Partitione solliciti sumus, non est: nam quot Capita Grammatica nostræ, quam sequimur, Vasmuthianæ, tot Partes. Esto igitur

CON-

Conspectus I.

Circa Consonantes & Vocales.

- §. 1. Methodus Literarum 1. *Numerum.* 2. *Nomen.* 3. *Figuram.* 4. *Potestatem imprimendi.*
- §. 2. Ipsarum potestas numerica, hinc
- §. 3. Supputatio anni Judaici ex Christiano, & contra.
- §. 4. (1) *Numerus.* quot literæ?
- §. 5. 6. Objection. ex Codice Ebræo, & præcipue Psalmis ordine alphabetico positis, hinc obiter
- §. 7. Ordo Codicis Ebr. hujusque titulorum Explicatio.
- §. 8. 9. (2) *Nomen* & (3) *Figura* literarum, quinam harum Character? an Nomina sint *onquavhnd?*
- §. 10. Lit. Dilatabiles, Finales.
- §. 11. De lit. **ו ו ו ו** & **ה ה ה ה** seu Parafchis Codicis Ebr.
- §. 12. 13. De **ה פ ש ר ה** seu Haphtaris.
- §. 14. De lit. à communi formâ recedentibus:
- §. 15. De Majusculis
- §. 16. De minusculis.
- §. 17. Inverfis.
- §. 18. Suspendis.
- §. 19. Supernè punctatis.
- §. 20. Coronatis.
- §. 21. Insolitæ figuræ.
- §. 22. Quæ causâ majuscularum?
- §. 23. Quæ minuscul.
- §. 24. Quæ inversarum?
- §. 25. Quæ suspendarum?
- §. 26. Quæ supernè punctatarum & coronatarum?
- §. 27. Quæ insolitæ figuræ?
- §. 28. (4) *Potestas* literarum.
- §. 29. De Tan hujus potestas ex aliis lingvis petenda. Object.
- §. 30. De **ד** quid *Schachren?*
- §. 31. Judaica lit. **ו** pronunciatio.
- §. 32. De **ן** an valeat f.

- §. 33. Literæ Guttur. Labial. qv̄i sensus Regule:
literæ unius organi inter se permutantur.
- §. 34. Objectio.
- §. 35. Vocalium *potestas* ip[s]arumqve tractandarum metho-
 dus.
- §. 36. Harum *Numerus*.
- §. 37. *Figura*.
- §. 38. *Nomina, an quædam?*
- §. 39. De schva seu Chateph simplici & composito.
- §. 40. Vocalium necessitas, Auctoritas, & punctatio r̄a
 Targum.
- §. 41. Qv̄ode malè Vinsobrius.
- §. 42. An () sit vocalis gaudeatv̄e sono, it. cur literis sub-
 sternatur.
- §. 43. Cur ווין careant ()?
- §. 44. Cur lit. in fine?
- §. 45. () caret sono.
- §. 46. Etymol. r̄a ()
- §. 47. & 48. Object. refutatio.

* pro ווין pag. 3. lin. 22. leg. ווין

וּוּוּוּ

* (1) *




CAPUT I.

SECTIO I.

De,

Elementis Ebrææ Linguæ.

§. I.



Hæc de Elementis Ebrææ Linguæ
primùm agitur: nam discipulus li-
teras & vocales ante sciat, necesse
est, quàm ipsas Regulas unâ cum le-
ctione aggrediatur. Hinc Docens
vel discens ita progredi potest, ut
observet Literarum 1. Numerum,
2. Nomen, 3. Figuram, 4. Potestatem.
Quâ 1. Numerum in Gramm. pag. 1.

videt esse XXII. literas, omnes Consonantes, (nam de Vo-
calibus agit Sectio II. pag. 3.) qui literarum numerus non or-
dine recitandus est & ediscendus. sufficit enim nôsse pote-
statem literarum א, ב, ג &c. quarû 2. Nomen usu ipso & fre-
quenti repetitione perceptum, ordine tandem Tyro recita-
bit, si ipsarum 3. Figura vel ex ipsa Grammatica, vel, quod
malim, in tabula depingatur: ut ea meliùs in mentem ocu-
losque incurrat, h. m. א hæc litera, duce ipsâ Grammaticâ,
dicitur Aleph, ejus Figura sic depicta est quadrata, uti in a-
liis maximam partem literis; quâ 4. Potestatem hæc lit est
Spiritus lenis, fumens sonum adscriptæ vocalis, e.g. si ei sub-
sternatur ך seu a, legitur uti a, ut א a; si ei adscribatur
vocalis ם seu o, legitur, ut o e.g. א o, hinc vox אורר seu

A

אורר

* (2) *

אָרָא legitur a - dr; sic sequens litera ב dicitur Beth, quā Fi-
guram iterum quadrata, notans bb. & sic in reliquis literis,
optimē ex Grammatica cognoscendis.

§. 2.

Ubi etiam *potestas numerica* simul potest imprimi. No-
tum enim est, Ebræos carere zifris, quas tum in Bibliis, tum
alibi, per ipsas literas exprimunt. uti igitur א est prima lite-
ra, ita notat numerum 1. litera verò ב notat 2, cui zifræ
fermē respondet; sicutי 3; & ד 4. demto scilicet capite; sic ו
respondet inversæ zifræ 6; sic litera ז *Sajin* notat 7 *Sieben*
per sibilum imprimenda, uti ט 60 *Sechsig*; sic י similis est
zifræ 9. quam signat; uti ק 80. Atque ita alia literæ aliquam
similitudinem cum zifris habent, modo excipias ל וי וך quæ
quidem uno intuitu capi possunt per saltum, quem *factunt*,
ut ו notat 5, י 10, נ 50, ק 100, æque hoc modo zifræ ex li-
terarum figura felicissimē tenacissimæque adhærebunt, in-
primis, si in tabula pingantur hoc ordine:

10	9	8	7	6	5	4	3	2	1
י	ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	א
100	90	80	70	60	50	40	30	20	
ק	צ	פ	ע	ד	ג	ב	א		
					400	300	200		
					ת	ש	ר		

Ubi numerus major, si minori ita subternatur, eò melius
menti potest imprimi e.g. ב notat 2, hinc substratum א (li-
tera א quā figuram respondens) notat 20, sicut ר 200; sic
ג 3 & ד 30, ו vel ו (uti triplici constat apice, ita) 300; sic
ז notat 7, ע 70; מ verò ex figura ז ב potest imprimi, uti e-
nim ב notat 20, ita quasi duplicatum in מ notat 40, uti
ד 4, in litera מ duplicatum notat bis 4 seu 8. atque ita Do-
cens de Methodo, quā potest facillimā, Discipulis potest
prospicere, iisque conceptus imprimere, vivā melius voce
ac cretā, quā hoc typo exprimendos. Quod attinet reli-
quas zifras, tam intermedias, quā millenarias, istæ in
Grammat. nostra pag. 2. tam perspicuè monstrantur, ut pro-
lixioris explicationis haud indigeant.

§. 3. Sic

§. 3. Sic & *Supputatio* (eadem pag. 2.) qua ex anno Christianorum fit annus à mundo condito Judaicus & contra, sua luce radiat. Quæ autem ut eò perspicacior reddatur, pauca addimus. Nimirum si scire cupias, quem annum à mundo condito Judæi numerent nostro e. g. anno, quo Christiani numeramus 1693. tunc anno huic Christiano 1693 (vel 693 omisso millenario) substerne 240, quem numerum (240) à 693 subtrahe, quo subtracto fit annus à mundo condito Judaicus 5453 per supputationem majorem, vel 453, per minorem, brevitatis causâ millenario; sic eo anno, quo Christiani computarunt 1517 per subtractionem 240. fit annus, quem Judæi à mundo condito tunc temporis computarunt 5277. contra si hunc annum Judaicum 5277 vel Scripto Rabbinico vel alii typo subjectum deprehendas, scireque gestias, quem annum Christiani tum temporis numeraverint, tunc anno isti Judaico 5277 iterum substerne numerum 240, & hunc illi (*per speciem Additionis*) adde, quo addito, fit annus Christianus 1517, vel per supputationem majorem 1517; sic si anno Judæorum 5453 quem nunc computant, addat 240, fit annus Christianus 693 seu 1693. Adde exemplum: cum Talmud Judaicum Basileæ (an. Chr. 1578.) imprimi cepisset, in ipsius titulo ponebatur: **גַּרְפֵּס שְׁנַיִם פְּרוּרֵי שְׁלֹחַ לְעַמּוֹ** i. e. Impressum Anno *Redemptionem* misit populo suo, ex Psal. 111. 9. ubi vox **שְׁלֹחַ** continet annum à mundo condito Judaicum 338. si itaque huic anno addas 240, habebis annum, quem Christiani tunc temporis, quo liber Talm. imprimi cœperat, computavimus, nempe 578, vel 1578, ex Supput. majori. Quæ tyroni, monstrasse sufficiant, missis, quæ sub Anomal. & Philologiam cadunt.

§. 4. Quapropter obiter quedam, (*dico obiter, nec proinde volo ea tyroni, primis elementis imbuendo, obtrudere, id quod etiam de toto hoc Tractatu, quatenus Critica & Specialia tractat, dictum velim*) inspergere juvat. Nam quaeritur circa literarum (1) *Numerum*: *Quot sint litere?* viginti duæ vulgò statuuntur, **ו** & **שׁ** pro una habitis. At si dicerem, quod res est, statuerem cum Godschalco & Ledeburio, potius

XXIII. cur enim Ψ non peculiaris & à Ψ diversa sit litera: cum diversam istæ foveant & potestatem (Ψ enim notat *seb*; Ψ f.) & significationem in quovis Radicis loco.

§ 5. Et licet nonnulli ad Codicem Ebræum provocent, e.g. ad Psalmos ordine alphabetico positos, ut Pf. 25, 34, 37, 112, 145, in quibus singuli versiculi ordine alphabetico ponuntur, litera Ψ omiſſa; hæc tamen probatio infirmi est roboris: nam hoc pacto pauciores, quam XXII essent literæ, siquidem Pf. citato 25. deest Δ . Pſal. 37. v. 28 deest Ψ , & Pf. 145 v. 13, Δ , qua ratione id fiat, ipse R. Kimchi ingenue fatetur *ignoramus*. Quid? alios alius opponimus Psalmos, ut Pf. 119, ubi non Ψ sed Ψ versu 10. reperitur; & Pf. 119, ubi non singuli versiculi, sed integræ Paraschæ ordine Alphab. ponuntur. ut 8. priores versiculi semper incipiunt ab Δ , sequens nonus usque ad 16. semper à Δ & sic porrò. Versus autem 161, 162, 166. incipit à Ψ & v. 163, 164, 165, 167, 168 à Ψ . cur ergo Ψ non æquè peculiaris litera sit ac Ψ ? si autem, cur non numeremus literas XXIII? proinde cum minus commode irrepſisse: Patri contradixit Buxtorfius Fil. de Antiq. punct. p. 234. nam fatemur quidem literam Ψ sæpius pro Δ alternare e.g. Neh. 4. Hof. 9. Deut. 32. &c. sed ex eo non sequitur literam Ψ esse irrepſitiam: aliàs enim ubique Ψ in Δ mutata fuisset, & ipsa lit. Δ irrepſisse videretur: quoniam & hæc pro Ψ sæpius alternat, ut Pf. 101. Hof. 5. Jer. 51. & 46 &c. præterea Δ & Ψ diversam habent & sonum quo de §. 30. & significationem, ut Δ Ψ significat *doctum reddidit*; Δ Ψ *stultum reddidit*.

§ 6. Sic porrò provocant ad auctoritatem B. Hieronymi, quo ipse in *Prologo Galcato* etiam XXII. statuit literas, à quarum numero ad totidem libros V. T. Canonicos concludit, dum scribit: *quomodo viginti duo elementa sunt, per quæ scribimus Hebræicè omnia, quod loquimur, & eorum initis vox humana comprehenditur: ita viginti duo volumina supputantur, quibus quasi literis & exordiis in Dei doctrina, tenera ad huc & latens viri justii eruditur infantia.* Sed in vulgus notum est, non

non paucos magnæ auctoritatis viros de auctoritate istius Prologi Galeati dubitare, vid. Præf. Dn. D. Carpz. in Tyrocin. Concionat. Præterea à numero literarum ad numerum librorum Canonicorum (& contra) concludere ægrè possumus: quia major numerus libror. Canon. esset, siquidem in Prologo isto Libri Prophetarum, quos vocant, minorum pro no habentur, & quamvis ita numerentur, tres tamen & viginti literæ (pro nostra sententia) ex isto numero fluere: siquidem Liber Ruth præter causam cum Libro Judicum compingitur. Sed hæc de numero liter. notasse sufficit: cum notatu scituque longè restent digniora.

§. 7. Cum enim mentio facta sit Codicis Ebraei ejusque Librorum, non abs re esse ducimus, si ordinem Librorum Ebraeo idiomate scriptorum, bono Discipulorum breviter tangamus: ut ipsi & Ordinem Codicis Ebraei & Titulos vocalibus destitutos legere discant & evolvere. Ordo autem in Bibliis varius est. Ariæmontanus observat ordinem Bibliis nostris Germanicis consuetum. Aliis hic placet ordo, ut Bibliis divisus in אֵנך nempe I. in תּוֹרָה i. e. Legem seu Pentateuchum, II. נְבִיאִים Prophetas, III. כְּתוּבִים Hagiographa, choream ducat

I. *Pentateuchus*, Hebraicè תּוֹרָה חֲמִשָּׁה הַיְמִינִים aliàs תּוֹרָה seu Chald. אֲרִיִתְנִי *Lex*, continens

1. בְּרֵאשִׁית *Genesis* seu Librum Creationis, cui titulus est à prima istius Libri voce בְּרֵאשִׁית i. e. in principio, sicuti sequent.
2. וְאֵלֶּה שְׁמוֹת *i. e.* & ista Nomina seu *Exodus*, aliàs dictus נְזִיקִים liber de damnis.
3. וַיִּקְרָא *i. e.* & vocavit, seu *Leviticus*, aliàs תּוֹרַת כֹּהֲנִים *i. e.* lex Sacerdotum.
4. וַיְדַבֵּר *&* locutus est. aliàs כְּפָר בְּמִדְבָּר seu חֲמִסְפָּרִים *i. e.* liber *Numerorum*.
5. מִשְׁנֵה תּוֹרָה *i. e.* ista verba, aliàs תּוֹרַת הַדְּבָרִים *i. e.* repetitio Legis, græcè *Deuteronomion*.

II. *Propheta*, Hebraicè נְבִיאִים qui sunt vel ראשונים *i. e.* priores, ut יְהוֹשֻׁעַ *i. e.* Jehoschua seu

feu Josua. 2. שופטים i.e. Judices. 3. שמואל

Schmuël feu Samuël. מלכים i.e. Reges.

vel אחרימיס i.e. posteriores, qui iterum

תום גדולים i.e. majores, 1. ישעיהו Jeschajáhu feu

Jesaias. 2. ירמיהו jirmejáhu feu Jeremias.

3. יהזקאל Jehhezkel, feu Jezechiel.

תום קטנים i.e. minores 1. חושעא Hofchéa feu Ho-

seas. 2. יואל Joël. 3. עמוס Amos. 4. אובדיה

Obadja feu Obadias. 5. יונה Jona. 6. מיכה Mi-

cha. 7. נחום Nahum. 8. חבקוק Habakuk.

9. צפניה Zphanja, Zephania. 10. חגי Haggai.

11. מלאכי Secharja feu Sacharia. 12. מלאכי Mal-

achi, f. Malachia, aliàs diçus הַכִּיָּאִים

i.e. sigillum Prophetarum.

III. *Hagiographa* Scripta Hebr. כתיבין Chaldaic.

כתיבין quorum sunt tria, vulgò *Pœtica* di-

cta, & vocabulo abbreviato אמת nota, nempe

1. תהלים i.e. *Psalmi*, vel per Syncop. תלים apud

Rabbin.

2. משלי i.e. *Proverbia* Salomonis.

3. איוב *Job*, f. *Jobus*. Ex *Hagiographis* sequitur por-

רò 1. שיר השירים *Canticum Canticorum*. 2. רות

Ruth. 3. איכה i.e. *Quomodo*, à prima libri voce,

aliàs קינות i.e. *Threni* Jeremiae. 4. קהלת

Cohéletb, i.e. *Ecclesiastus*. 5. מנורת אשתי *vo-*

lumen *Esther*. 6. דניאל *Daniel*, aliàs liber

Propheticus, uti sequentes dicuntur *Historici*, ut

1. עזרא *Ezra*. 2. נחמיה *Nehhemja*, f. *Nebemias*,

3. דברי הימים *Verba dierum*, feu *Chronica*,

aliàs *Pamlipomena*.

§. 8. Quod (2) *Figuram* literarum attinet, de Chara-
ctere tantum externo solliciti, non inquirimus hac vice: an
idem superfit Character Ebraeus, quo sacer Codex ab origine
fuit conscriptus. Id quod non pauci negant, dicentes: Cha-
racterum ab Esdra esse mutatum ac proinde literas quas jam
habemus, non esse primævas, sed Samaritanas. At quam per-

perperam id asserant, ipsa docet *et nota*: siquidem Samaritani carent □ isto finali & mysterioso, Esa. IX. 7. quo de infra; & Ḥ Ebræorum litera minima, apud Samarit. maxima est litera, id quod contra contrariæ sententiæ Patronos pulcherrimè evincunt Viri Clarissimi, quos magno Catalogo exhibet Cl. Buxtorf. de Antiq. lit. p. 171. usque 187. Conf. V. Vasmuthi Vindic. p. 35. in primis p. 41.

§. 9. Sed respicimus hac vice tantum literas, quatenus in Ebræo Codice hanc & illam Figuram sistunt, quam autem maxima ex parte quadratam esse deprehendimus, nec negamus, literas has etiam per voces *equivocas* exprimi, à quibus denominationem suam accepisse videntur, ut litera **N** similis esse censetur bovi, cujus caput & cornua utcumque representat, hinc & nominatur *Aleph* i. e. bos, Rad. אֵלֶף; sic **ב** *Beh* à בֵּרַב ejusque Constructio בֵּרַב *avvus*, cujus structuram in Palæstina consuetam refert; sic **ג** *gime* notat *camelum*; **ד** *capb*, volam manus; **ה** *Pe*, os hians, &c. *hæc* verò omnia literarum Ebræar. sint *equivocas*, valdè dubitè quò enim referas א, quo ד &c? vel, cum **N** etiam significet *Ducem*, cur non sistat Ducem (gregis literarii)? quoniam est prima litera. Hinc apparet multa liter. nomina esse *equivoca*, ut apud nos *Be, ce, el, em*; quod si verò quadam aliquid quid significant, casu sunt æquivoca, id quod etiam de Alphabeto Arabico judicat Cl. Erpenius *Grammat. major. Arab. pag. 3.*

§. 10. Ad hanc literarum figuram spectant, quæ in Codice Ebræo occurrunt, literæ *Majuscule, Minuscule, Implexæ, Suspensæ &c.* Quando autem de his nobis sermo est, non intelligimus Literas *dilatabiles*, nec *finales*, quarum figura ordinariè variat, & quidem hæc pro reliquis numeris centenariis interdum adhibentur, ut א notat 500, ב 600 &c. vid. *Gramm. nostr. p. 2.* quas literas *finales* B. Hieronymus in Prologo Galeato vocat *duplices*, ideò quod per *bas aliter scribantur Principia medietatesque verborum, aliter fines*, unde *Ε*, (uti idem ibid. pergit,) *quinque à plerisque Libri duplices estimantur*

estimantur, ut *Samuel, Melachim, s. Reges, Chronica, Esdra, Jeremias cum Kinoth seu Lamentationibus.*

§. II. Nec porro per literas *Majusc. Minusc. &c.* intelligimus illas, quæ Librum Biblicum in certas Sectiones dissecunt, quales sunt D & P , quæ, cum in Pentateucho Codicis Ebraei sæpius occurrant, notari merentur & explicari. Hinc notandum, quod D est litera initialis vocis דרר vel *Cbald.* דרר i. e. *Ordo, Sectio*; P verò vocis פרשה quæ iudem notat *Sectionem ordinariam & capitulum Legis seu Pentateuchi*, siquæ sint *minuscule*, notant *Sectionem minorem*; si *majusculæ*, *maiores*, quæ per tria majuscula DDD & PPP intra textum magno spatio posita, indicatur, quæ *Paraschæ* s. *Paraschæ* (uti vulgò à Judæis vocantur) dividuntur in *Legales & Prophetæales*. *Legales* sunt, per quas *Lex*, seu *Pentateuchus* à Judæis dividitur, quarum tot fuerunt, quot *Sabbatha* in anno, nempe 53. (vel juxta alios 54, disjunctis duabus ultimis à *Cap. 33. Deuter. ad finem usque*, quas alii conjungunt,) ita ut *Judæi* singulis *Sabbathis* unam ex his in *Synagoga* legerint, atq; ita singulis annis *Pentateuchum* absolverint, quarum usum jam tempore *Christi* fuisse colligimus ex *Luc. XVI. 9.* & *Actor. XV. 21.* quod *Moses* legatur *singulis Sabbathis in Synagogis* scil. certa pars seu *Paraschæ* *Legis Mosaicæ*. Si itaque evolvamur *Codicem Ebraicum & quidem Pentateuchum*; quippe in quo uno hæc *Paraschæ* occurrunt, (omissæ quidem in *Codice Ariamontani*, fortè ob interjectam *Versionem latinam*,) tuncprehendimus, *Sectionem primam majorem* incipere à primo *Capite Genes. v. 1.* usque ad *Cap. VIII. v. 9.*; *Secundam* à *sequ. v. 1.* usque ad *Cap. XII. v. 1.* & sic porro, Quæ *Sectio seu Paraschæ* semper nomen habet à *prima & mox sequenti communi voce*, ut *Sectio בראשית* *Gen. I. v. 1.* *Sectio נח* *Gen. VIII. v. 9.* *Sectio לך-לך* *Gen. XII. v. 1.* &c. Hinc & *Masorethæ* non ipsa *capita libri* cujusdam, sed *Sectiones istas* in *Masora sua* citant, abbreviando *vocem פרשה* h. m. פ. vel cum *præpositione ב* in, e. g. *בראשית בראשית* נמסר פר i. e. *trademus in Sectione Breshith.* Et

Et hæc sunt Sectiones seu Parschæ Legales, i. e. Sabbatharii
Legis Mosaicæ Textus.

§. 12. His Judæi adjunxerunt *Sectiones Prophetales*,
quas vocant הפטרות seu *Haphtaroth*, i. e. Dimissiones,
Cessationes, (à Rad. פטר dimisit, dimissus fuit): quia Au-
ditores dimittebantur, quando harum Haphtararum qua-
dam unâ cum Legali singulis Sabbathis destinata, recitata
erat & absoluta. Quas Haphtaras Leusdenius, Clodius &
alii ad calcem Bibl. Ebræor. adjiciunt. Ut itaque à Tyro-
ne accuratius intelligantur, pauca hæc monemus. Nimi-
rum duplex Index ad Calcem Biblior. Ebr. se offert, primus
פרשיות לוח i. e. *Index Parschajoth*, qua de præced. §. ut
alter הפטרות לוח seu *Index Haphtaroth*. In hoc ultimo
ad finem Codicis Leusden. Clodian. exhibentur duæ colu-
mnæ, in prima continentur *Paraschæ*, in altera *Haphta-
ræ*, hoc modo:

הַפְּטָרָה בְּרֵאשִׁית | בִּישְׁעִיהָ מִבְּ כֹה אָמַר הָאֵל ה'
&c. אֵלֶּה תְּהִלָּת נֹחַ | בִּישְׁעִיהָ נֹד רִנִּי עֲקָרָה

ubi in prima primæ lineæ columna voces (ita punctandæ)
הַפְּטָרָה בְּרֵאשִׁית significant *Haphtaroth Breschith*, i. e.
primam Parascham seu Sectionem Pentateuchi Cap. I. Gen-
usque Cap. VI. v. 9. nempe illam Sectionem Sabbathariam,
certo Sabbatho legi & absolvi solitam, huic columnâ alterâ
adjungitur hæc Haphtara ה' אָמַר הָאֵל ה' כֹּה אָמַר ה'
i. e. in *Jesaiam Capite* מִבְּ seu 42, super hæc verba כֹּה אָמַר
ה' אָמַר ה' i. e. sic dixit Dominus Jehova. Quæ Haphtara unâ
cum Parascha illa *Breschith* conjungebatur, & certo Sabba-
tho prælegebatur. Sic sequenti Sabbatho legebatur Para-
scha אֵלֶּה תְּהִלָּת נֹחַ i. e. *iste Generationes Nox*; nimi-
rum à Gen. Cap. VI. v. 9. usque Cap. XII. huic adjugeba-
tur Haphtara alterius columnæ hæc עֲקָרָה נֹד רִנִּי עֲקָרָה
i. e. in *Esaïam Cap.* נֹד 54, ab his verbis עֲקָרָה נֹד i. e. *ex-
ulta sterilis*, quam Haphtaram etiam *Parschæ* 49. Sabbatho
quadagesimo nono in Synagoga ex Deuteron. XXI. v. 10.

B

usque

* (10) *

usque ad ^{דפ} cap. XXXVI. recitari solent, adsignantur, teste Indice Haphtararum.

§. 13. Quando autem *Ferie* seu *Festa* incidierunt, tunc & his *finas* adsignarunt Haphtaras, in Indice ad Calcem Codicis Ebræi Clodiani fermè ad finem, itidem annotatas, quas si quis inspexerit, facillè easdem unà cum universo isto Indice ex jam dictis intelliget, modò observet voces ad latus istius Indicis positas has:

כמנהג הספרר ^{הספרר} seu הספרר ^{הספרר} notare *juxta usum vel ritum Hispanorum* (Judæorum) & כמנהג האשכנזי ^{האשכנזי} seu האשכנזי ^{האשכנזי} i.e. *juxta ritum Germanorum* scil. Judæorum. Hinc notandum est, quod Judæi omnes unam eandemque Distinctionem Parascharum Legis quidem observent, at in Haphtaribus variant. Nam Hispani olim Judæi, הַסְפָּרִים dicti, uni Paraschæ aliam Haphtaram, aliam eidem Paraschæ Germani Judæi seu האשכנזים adsignarunt.

§. 14. His præmissis, regredimur ad Literas, quarum mentio facta est in §. 10. (α) *Majusculas*. (β) *Minusculas*, (γ) *Inversas*, (δ) *Suspensas*, (ε) *supernè punctatas*, (ζ) *Insolitè figurà* conspicuas. Quarum Figuram & Allusionem prolixè evolvit Cl. Buxtorf. in Comment. Masorethi. Cap. XIV. XV. XVI. ex quo, cum ad omnium manus non sit, notatu scituque digna si excerpamus, & ea, quæ ibidem sunt omiſſa, addamus, non abs re esse ducimus. Sunt itaque literæ, quarum Figura in Codice Ebræo hujusque accuratioribus Exemplaribus extraordinaria & insolens est, teste Masora,

§. 15. (α) *Majusculæ* seu *cæteris extraordinariè majores*, numero XXXI. ut N majusculum in voce אֵיִם 1. Chron. I. v. 1. quo de conf. §. 22. ב in prima voce Gen. I. 1. ג in וְהַתְּנִיחַ Lev. XIII. 33. ר in אֶתְּךָ Devt. VI. 4. ה in הַלְלוּהוּ an Domino Devt. XXXII. 6. ו in בְּרוּךְ Lev. XI. 42. & וְיִתְּנוּ Esth. IX. 9. ז in וְכִרְוּ Mal. III. 22. ח in



ח in חורר Esth. 1. v. 6. ט in טנן Job. 9. 34. י in יב c. 7. 1. י in יגד Num. 14. 17. כ in כנה Pf. 80. ל in לך Devt. 2. 28. & in להט Levit. 11. v. 30. מ in משרר Proverb. 1. 1. נ in נצר Exod. 34. 7. & in נר Ruth. 3. 2. ן finale majusculum præter morem, in מן Num. 27. 5. ס in סוף Eccles. 12. 13. & in סוף Num. 13. 30. ע in עמע Devter. 6. 4. פ posterius in עפר Dan. 6. 20. conf. de hoc §. seq. ף finale in עשף Gen. 30. 42. צ in צמי Jesa. 56. 10. alii addunt Devt. 32. v. 4. 27. Exod. 11. v. 8. Devt. 28. 68. Exod. 28. 36. ק in קן Psal. 84. 4. ר in רח Exod. 34. 14. ש in שר Cant. 1. v. 1. ש in ש Devt. 3. v. 11. ת in תמים Devt. 18. v. 13. & in תהט Esth. 9. v. 29.

§. 16. (β) *Minuscula seu communi formâ minores*, numerò XXXIII. ut N minusculum in voce נקרא Lev. 11.

ב in בב Prov. 30. 15. ג in גוש Job. 7. 5; sic ר in רם Prov. 28. 17. ה in הבראם Gen. 2. 4. ו in ור Num. 25. 12. Psal. 24. 4. ז in זר Esth. 9. 9. ח in חף Job 33. 9. ט in טבער Thren. 2. 9. & in וטהרתם Num. 31. 34. (cui ט quidem in Codice Ebræo ordinaria est figura, quia Masora parva nihil adscripsit.) י in יתש Devt. 32. 18. כ in כתה Gen. 23. 2. ל in לרא Thren. 1. 12. מ in מרים Devt. 31. 27. & in מוקרה Lev. 6. 2. ם minusculum finale in וטהרתם Neh. 13. 30. נ in נער Thren. 4. 14. ן finale *ter*, nimir. in און Jea. 44. 14. in ונבושון Jer. 39. 13. & in נגן Prov. 16. 28. ס in בסופה Nah. 1. 3. & בסוף Psal. 27. 5. ע in לעית Thren. 3. 36. פ prius in עפר Dan. 6. 20. ubi posterius פ est majusculum, vid. Not. h. l. in Codice Clodii. צ in צורה Jer. 14. 2. ץ in פץ Job. 16. 14. ק in בקמיהם Exod. 32. 25. & in קצתי Gen. 27. 47. notante Masora parvâ. ר Exod. 23. 19. & 34. 26. Esth. 9. 9. ך in ך פמשתה Esth. 9. v. 9. quod & nomen proprium Filii Hamanis, ubi litera minuscula contentus & ignominia causâ postea videntur, uti ש in שפטה Esth. 9. 7. qui etiam filius Haman fuit.

§. 17. (7) *Inversa* una in Ebræo Codice est litera ך̄ seu ך̄ quam Masora Num. 10, 35. novies ita occurrere affirmat, ut (1) in voce בַּסֵּעַ Num. 10, 35. (2) in voce כַּמְהָאֲנִים Num. 11, 1. & reliqua 7. in vers. 23, 24, 25, 26, 27, 28. & 40 Psalmi 107. Sed in his 7. versiculis ך̄ nec reperitur *inversa*, nec in duobus ex istis extat ullum ך̄ notante Buxtorf, in Tiber. C. 16.

§. 18. (3) *Suspensa litera*, quarum in Codice Ebræo sunt Quatuor. ut ך̄ in nomine מַשֶׁה Jud. 18, 30. ך̄ in מַעֲרָע Psal 80, 14. & רַשְׁעִים verf. 13. & 15. Job 38. quam scripturam suspensam (quæ ultima loca Job. 38. in nonnullis Cod. neglectam) iam ante Talmud usitatam fuisse, nec à Masorethis post Talmud demum esse effectam affirmat Buxtorfius loc. cit.

§. 19. (ε) *Punctata*, seu *punctis insolentibus in Codice Ebræo supernè notari solite*, in XV. vocibus, 1) in בְּיַדְךָ Gen. 6, 5. cum insolenti supra ך̄ puncto; sic 2) in אֲרִירָא Gen. 18, 9. 3) in רַבְקָה Gen. 19, 33. 4) in יִשְׁקָהוּרָא Gen. 33, 4. 5) in אֵת Gen. 37, 12. 6) in רִאֲרִירָא Num. 3, 39. 7) in רַחֲמֵיךָ Num. 9, 10. 8) in אֲשֶׁר Num. 21, 30. 9) in ך̄ נֶעֱשֶׂה Num. 29, 5. cum duplici puncto supra ך̄, alterò perperam omisso in ultima Editione Ariamont. 10) in לֵבֵי Deut. 29, 19. 11) in נֶצֶם 2 Sam. 19, v. 9. 12) in חַמָּה Jes. 44, 9. 13) in הַיְיָבֵר Ezech. 4, 20. 14) in מוֹקְצֵעֵת Ezech. 46, 22. & tandem 15) in לִרְלָא 1^a sal 27, 13. Conf. B. VVasmuthi Instit. Accent. pag. 193. & Grammat. nostr. Ebr. Reg. IX. ad lit. margin f.

§. 20. Neque tamen ad has supernè punctatas referendæ sunt *literæ*, quas vocant, *coronate*, in lege manuscripta Judæorum obviæ, numerò VII. ך̄ ך̄ ך̄ ך̄ ך̄ ך̄ ך̄ quarum singulis Deum ipsum in monte Sinai tres coronulas appinxisse affirmant Judæi, vel potius somniant. hinc minus accuratè Ludov. Capellus ad Math V, 5. istas, ait, coronulas indicari à Christo, quando I. c. promiserit ne *negatus* à Lege DEI peri-

perituram esse. Rectius B. Calov. Crit. Sac. p. 551. & B. Scherz. System. Definit. pag. 13. per istam *reptatam* intelligunt Vocales.

§. 21. (Q) Tandem tres *insolitæ* Figuræ sunt literæ, ut **ד** finale in medio, in voce **דְּרַבְרָבָה** Jes. 9, 7. contra **ד** medianum in fine, in voce **דְּהֵי** Neh. 2, 13. & **ד** medium profinali, in **דָּ** Job. 38, 11.

§. 22. Quæritur autem, quænam Ratio & Causa sit literarum insolenti figuræ positarum? *Resp.* licet tanta mysteria ex illa non hauriamus, quanta quidem Judæi & alii; illam tamen temerè negligendam esse multi ex Christianis negant, sicuti enim ista figura diu ante Talmud in Masora annotata: ita ipsius notitia præfiscis Sapientibus præcul dubio notissima, & orali traditione propagata fuit, donec Scholæ meliores everfæ, & doctiores fugati, distraçti & penitus tandem sublati fuerunt, ut sic ista doctrina scripto non comprehensa, tota ferè interciderit, figuræ autem istæ diversæ conservatæ fuerint. ceu præfiscæ sapientiæ æterna monumenta & testimonia, teste Buxtorf. in Tiber Cap XIV. Quibus notatis, dicimus, hæc figuræ literarum extraordinariâ significari *vel* singularem emphasin, *vel* certum symbolum, *vel* sensum mysticum Sic **א** Chron. 1, 1. ex majusculis in §. 15. allegatis, in voce **אָדָם** *Adam*, est quasi memoriale primi & unici hominis, unde generis humani primordia ducere, & jusque historiam pertexere. ibi Auctor statuit; uti **ד** Genes. 1, v. 1. majusculum singularem emphasin innuit, ut scilicet consideremus magnitudinem & sublimitatem Operis Creationis. Sed dicat quis: id factum esse propter libri principium, quia **א** & **ד** sunt literæ initiales. Chron. 1. v. 1. & Gen. 1. v. 1. Respondemus, cur non in aliorum librorum principiis id observatum est? aut quid sibi volunt aliæ literæ majusculæ? e. g. **ד** in voce **דְּאֵתְרָה** *Unus*, Deuter. 6, 4. in illustri sententia:

Israel audi, **אֱלֹהֵינוּ יְהוָה יְהוָה יְהוָה יְהוָה יְהוָה** *Domini-*

Dominus Deus noster, Deus unus est, ubi etiam est V majusculum, in voce ויחדי audi, Buxtorf. hanc eruit emphasin: per ך indicari, quod Dominus ille æternus sit Deus unicus in quatuor (nam ך in numeris valet 4) mundi paribus, in toto mundo, & in cœlo, & in terra; nec alium esse Deum in ulla mundi parte præter ipsum; quod ך cum V majusculo in ista sententia conjunctum, constituit vocem ויחדי Testem, quasi literæ hæc monere & dicere voluerint: audi Israël & Testis mihi eris, me de unico vero & æterno Deo testis monuisse, juxta Jes. XLIII. 10. & XLIV. 8. vicissim Deum non modò futurum Testem contra ipsos, si non audiant, juxta illud: & ero testis velox, Malach. 3, 5. conf. Jer. 11, 7. & 29, 23. & Mich. 1, 2. sed fore etiam ut 70. populi extranei (per ך seu 70. notati) aures adhibebunt, ac Deum agnitiuri, juxta Jes. 34, 1. Sic & ך majusculum in voce ויחדי Devt. 32, 6. singulari gaudet emphasi, ubi dicitur: an Domini rependitis talia, popule stulte & insipientes? excitatur enim major admiratio, quod isti Domino, Patri, Redemptori, Factori & Governatori ipsorum tam malam referant gratiam, exhibendo se quintuplici Benefactori suo, quintupliciter (quod litera ך simul denotat) malos, nempe Corruptos, Perverfos, Contortos, Stultos, Insipientes, ut hæc omnia textus commemorat Devt. 32. Eandem Emphasin vid. Deuteron. 18, v. 13. Exod. 34, 7. Eccles. 12, v. 14. Malach. 3, 22.

§. 23. Sic nec literæ *minuscule* seu cæteris extraordinariè minores sua carent emphasi, e. g. ך in voce דא Da, Prov. 30, 15. ubi legitur: *Sanguisuga habet duas filias, nomine Da, Da.* ad quem locum Buxtorfius, Sanguisuga, ait, hominis avari symbolum est, cujus filia quibus elocantur, eorum facultates exsuguntur & minuuntur. Si quando tenuiori benefacit, nunquam gratis id facit, sed semper per filias Da, Da, duplum repetit, donec ille ad extremam diminutionem redigatur, quod litera minuta denotat. Ita literas minusculas in Nominibus Filiorum Haman contem-

tus

* (15) *

us & ignominia causâ positas esse, diximus §. 16. uti Deut. 31, 27. ubi sermo est de Israëlitis rebellibus; ita Prov. 16, 28. Exod. 32, 25. &c. Quod autem in Nomine decimi Filii Haman proprio מְחַיֵּי עֵשׂת Esth. 9, 9. ponatur ׀ majusculum, eo ipso indicatur, quod natu quidem minimus Filius Hamanis fuerit, sed odio & malitia contra Judæos omnium fratrum maximus. Quidam autem, referente Buxtorfio l. c. putant eum fuisse Sextum (quod numerus literæ ׀ indicat) in ordine fratrum, sed vilissimum, ac proinde ultimo loco positum.

§. 24. *Inversa litera ׀* in vocibus §. 17. allegatis ex Num. 10, 35. & cap. 11. v. 1. in priori loco, ideo inverfa putatur, quod omnes hostes Israelitarum retrorsum sint agendi; & pellendi; contrâ in altero loco, Num. 11. v. 1. ׀ inverfa symbolum esse putatur perpetuum perversitatis populi, inter tot illustria signa liberationis & beneficiorum Dei acerbè quiritantis, ad declarandam ingratitude & contumaciam suam. Aliud etiam ׀ non inverfa, sed *contorta* figuræ notat Masora parva in voce מֵיִן אֶתְּנֵן at ego scio, quod non *permissurus vobis est Rex Aegypti discedere*, Exod. 3, 19. ad significandum contortum cor Pharaonis, &c.

§. 25. Rationem literarum *suspensarum* §. 18. cit. prolixiorē dedit Buxtorfius in *Lexico minori Hebr.* (sub voce עָרַע) quod consuli potest, ubi R. Bechai blasphema flammisq; æternis castiganda de ׀ suspensio Ps. 80, 14. sententia notata est, quam chartæ huic mandare rectè dubitamus, hinc properamus

§. 26. ad *litteras superne punctatas* per 19. §. quarum puncta ob arcanioris sensus indicium superaddita esse affirmat B. V. Vasmuth. in *Accent.* p. 193. e.g. in voce רַב־יָרֵךְ Gen. 16, 5. posterius ׀ est punctatum, quod in tota lege non scribitur, nisi l. c. hinc cum sit punctatum, non frustra positum esse judicat Buxtorf. Nam cum Sara l. c. dicret ad Abrahamum: *Judicabit Deus inter me וְרַב־יָרֵךְ ׀ inter te*, simul עַן הָרַע oculum malum & invidum conjecit in Hagarā ancillam præsentem, jam ex Abrahamo gravidam

dam, ac propterea heram suam despicientem, tacite secum in animo dixit, iudicabit Deus *inter me*, וּבְנִיךָ & *filium tuum*, quem in utero fers, ita ut, posteriori וְיִשְׂרָאֵל inserted & propterea, sensus arcanioris ergo indicandi, punctato, externa vox Saræ (וּבְנִיךָ *inter te*) Abrahamum alloqueretur, ac interna vox animi Hagaram intelligeret וּבְנִיךָ & *inter filium tuum*. Sic insolenti puncto notata est vox וּבְנִיךָ & *insurgere ejus*, Gen. 19, 33. quasi incredibile, & quod rerum natura non capiat, coire quempiam nescientem, iudice D. Hieronymo in Quæst. in Genes. quem citat Buxtorff. Cap. XVII. Tiber. ubi & de reliquis punctatis plura. Quid de literis Coronatis censendum sit, docet præced. §. 20.

§. 27. Tandem literæ *insolitâ figurâ* conspicuæ sensum mysticum importare dicuntur, e.g. □ clausum seu finale in medio vocis לְמַרְבֵּת Jef. 9, 7. quò alii virginitatem perpetuam Matris Messîæ intelligunt, denotatam portâ illâ clausâ Ezech. 44, 2. Galatinus existimat significari tempus adventus Christi, qui ab eo, quo ista sunt prædicta, post sexcentos annos aut circiter natus sit, hunc enim numerum notat □ alii per hoc □ (quadratum) intelligunt Imperium Messîæ per 4. mundi plagas dilatandum. conf. Biblia illustr. B. Calovii, qui ibid. Bohlium, hoc □ errori librariorum tribuentem refutat: quoniam ne apex in Scripturis frustra est, id quod & H. Grotio, idem cum Bohlio de □ aperto in fine Neh. 2, 13. sentienti objicit, dicens, quod Spiritus S. qui ne apicem quidem temerè posuit, indicare voluit murum urbis fuisse hiantem & *apertum*, uti □ illud apertum l.c. adhibuit, non clausum. Sic cum & *Mercerus* □ medianum pro finali Job. 38, 1. positum, culpæ scribarum tribuerit, id nequam probat Magnif. Dn. D. Sebast. Schmidius. in hunc l.

§. 28. Quod denique (4) *Potestatem literarum* attinet, probè notanda est earundem Pronunciatio, quæ quidem in Gramm. nostra accuratè monstratur, ex vivâ tamen pronunciantis voce melius discitur. proinde cavendum est,
ne

ne כ cum פ, ז cum צ ש, ש, confundantur. Nam aliud est שכב *schubb*, reverti, aliud שפף *schupf*, conterere; aliud אב *abb*, pater, aliud אפ *aph*, ira. uti in Germ. dico non Afrahā, sed Abraham ex אברהם; non Afel/ sed Abel ex אבל id quod etiam cœtera lingua observant, cur ergo in Ebræa tantam literarum mixturam non evitemus? cum sanè literæ sint non pauca, quartum pronuntiatio non parum coincidit, ut ז, ס, ש; ר, ט, ת.

§. 29. Hinc malè nonnulli literam ז cum צ confundunt, efferuntq; per ζ seu z, quos eo ipso ipsis Judæis risu esse affirmat Buxtorfius. Nam quanquam provocent ad Vers. LXXII. & N. T. ubi צ Ebraicum in Græca lingua exprimitur per ζ e. g. Ζαχαρίας ex Ebr. זכריה; constat tamen Scriptores N. T. & LXXII. Vers. se accommodasse ad pronuntiationem eorum, quibus scripsère; præterea multi literam ζ durius, quàm par est, efferunt: quoniam ista est duplex ex δσ, vel σ δ, uti vox Φλοζ accuratius *stogs*, quàm *stox* pronuntiatur, quia est ex Φλόγς, vid. Grammat. VVelleri p. 36; & esto, literam ζ valere z, quis tamen dicat pronuntiationem literarum Ebræarum accommodandam esse ad linguam Græcam. Conferamus alias linguas, quæ non parum à pronuntiatione Græcæ linguæ aberrant, e. g. pro ז Chald. vocis אריות apud Græcos scribitur quidem, inde derivata vox ὄρῶζα per ζ, quod tamen reliquæ, quæ cum ista voce Chald. convenientiam habent. Lingua non imitantur: ut Germ. Reiß; Gall. ris; Ital. riso; Angl. rise. audiamus Linguam Persicam nostræ Germanicæ in multarum vocum convenientia respondentem, e. g. אבטוים notat apud Ebr. *Pepones*, quod in Versione Persica *Tavâsi* translatum est per פרבזיה è singul. פרכו quod respondet voci Germ. Rürbs/ubi; iterum per f. le-nissimum efferitur.

§. 30. ס est f. acutum, non confundendum cum ש *schin* seu *sch*, quæ confusio Judæis imputanda videtur. quod patet ex ipsorum consueta voce: Schachret/ Schachren à

ס

סחר

סוהר & Chald. סוהרן *sachnan* id est Negotiator, Mercator.

§. 31. Litera *ע* nobis ἀφωσθ est. Aben Esra cum aliis Judæis fatetur: nemo eandem efferre potest, nisi à teneris ejus pronuntiacioni asuetus. Attamen ipsorum Judæorum pronuntiatio non tam accurata, quàm inepta videtur, dum illi os miserè torquendo lit. hanc *ע* per *ng* efferunt e.g. זרע *se - nng*. Sed de hujus sono sat dictum esto in Grammatica nostra pag. 1. Conf. Hebraism. B. VVasmuth. pag. 2.

§. 32. Ultima litera *ת* per *th* (non impresso Dagesch) efferenda est, interveniente autem Dagesch, per *t*. minime autem per *f*. quemadmodum Judæi & alii illam absque Dagesch positam pronunciant. Cur enim entia præter necessitatem multiplicemus; cum lingua Ebræa præterea abundet literis sibilatis?

§. 33. Tandem Literæ, ratione *Organorum pronuntiandi* dividendæ, (Grammat. p. 2. not. 3.) notari merentur, cum primis *Gutturales*, sic dictæ, quoniam in *Gutture* efferuntur, ut אהחא *aha - cha* cum æmula ח; sic *Linguales* דתלדא *dat - læ - nath*, quia formantur *Lingua* à dentibus & palato resultante; *Palatine* גיכא *gichâk*: à palato effermatæ; *Dentales* שסצרף *ssasza - râsch*: ob sibili intra *dentes* sonum; *Labiales* בומאפ *bumâph*: quia efferuntur *labiis* vel à se displosis, ut כרה, vel ad se invicem allisis, ut מ. ex quarum divisione Literæ cum primis, quas dixi, *Gutturales* notari possunt, utpote ex quibus omnis Anomalia existit sec. Reg. 29. cæteris in prima fundamenti jactione superhabitis; quas verò si quis etiam notatu dignas judicet, per me licet hinc tyronum memoriam adjuturus, easdem nominibus mnemonevticis, per se nihil significantibus hinc expressi. Fundamento autem maximam partem jactò, reliquæ *Linguales*, *Dentales* &c. repeti possunt, ut eò melius intelligatur Regula: *Literæ unius Organi facile inter se permutantur*, quæ Regula Ebræo, Chaldæo, Græco, Syro & Arabico Idiomatici

mati communis & insignis usûs est, quamvis à paucis attendatur, à multis minùs rectè percipiatur. Quare notandum, quanam literæ sint unius Organi & quomodo inter se permutentur. Scilicet literæ unius organi esse dicuntur, quæ ratione Organorum pronuntiandi ita dividuntur, hinc literæ Gutturales $\aleph \aleph \aleph$ sunt unius organi; lit. Linguales (quæ etiam cum dentalibus quasi ejusdem organi habentur) sunt unius Organi, & sic porrò: quæ ita inter se permutantur, ut e.g. ex Gutturalibus $\aleph \aleph \aleph$ litera \aleph interdum permutatur in \aleph ut: pro $\aleph \aleph$ frequenter est $\aleph \aleph$ & contra; sic \aleph pro \aleph in \aleph pro \aleph 1. Sam. 20. 1. Reg. 1. Jes. 65. &c. Sic ex Dentalibus sæpe \aleph permutatur in \aleph & contra. De quibus prolixius agit Reg. 31. Membr. 1. Quam mutationem imitantur aliæ linguæ. uti enim ex Labialibus \aleph sæpe litera \aleph mutatur in \aleph ; ita etiam ex Ebr. \aleph ferrum, in Chald. fit \aleph ; sic \aleph in \aleph seu \aleph mutato, in Syriacal lingua fit \aleph ex Ebr. \aleph ; sic literæ u-

nius Organi apud Græcos facilè permutantur, e.g. Labiales $\beta. \mu. \pi. \phi. \psi.$ in $\tau \upsilon \pi \omega$ (vel potius $\tau \upsilon \pi \omega$, nam litera τ ad Linguales pertinet, non est characteristica) ejusque Fut. $\tau \upsilon \psi \omega$, Prat. $\tau \epsilon \tau \upsilon \phi \alpha$, $\tau \epsilon \tau \upsilon \mu \alpha \iota$, $\tau \epsilon \tau \upsilon \psi \alpha \iota$ &c. Sic Palatina $\gamma. \mu. \xi. \chi.$ in $\tau \acute{\alpha} \gamma \omega$ (seu communiter $\tau \acute{\alpha} \tau \omega$) Fut. $\tau \acute{\alpha} \xi \omega$, Prat. $\tau \acute{\epsilon} \tau \alpha \chi \alpha$, Pass. $\tau \acute{\epsilon} \tau \alpha \chi \mu \alpha \iota$.

§. 34. Sed dicat quis: etiam Literæ, quæ non sunt unius Organi, inter se permutantur, e.g. \aleph in \aleph (ubi \aleph est Gutturalis, \aleph verò Labialis)? Resp. nec dicimus easdem *semper* mutari ratione unius ejusdemque Organi, sed quando ita mutantur, tunc illa mutatio fit ratione ejusd. potestatis ac significationis, vel & ratione ejusdem figuræ, ut \aleph Deut. 32. idem significat ac \aleph nempe *cicutam*, sic lit. Labialis \aleph est pro Gutturali \aleph in \aleph *alio*, Prov. 20. 16. quia \aleph & \aleph ejusdem sunt figuræ. Conf. tamen quæ circa Reg. XXXI. de \aleph notantur.

SECTIO II.

De
Vocalibus.

S. 35.

Vocales eodem modo, ac Consonantes, sunt tractandæ, hinc notetur ipsarum (α) Numerus, scil. X. sunt Vocales, quinque longæ, & totidem breves. (β) Figura, e.g. א, ב, ג, &c. (γ) Potestas, e.g. hæc figura א valet a longum, ב e longum, ג e breve, quæ ad normam & ordinem Vocalium in Germanica & Latina Lingua possunt imprimi, h.m. longæ sunt א, ב, ג, ד, ה, ו, ז; breves - א, ב, ג, ד, ה, ו, ז, ח, ט, י, כ, ל, מ, נ, ס, ע, פ, צ, ק, ר, ש, ת, יו, יוּ, vel ו Græc. & u Gallic. quæ tyroni monstrasse sufficiant. Vocalium enim (δ) Nomen, e.g. Kametz, Patach, Sægol &c. usu tandem ipso & crebriori repetitione adharebit, modò accuratius, vulgò quàm fieri solet, earundem pronuntiatio observetur, ne scil. vocales longæ cum brevibus confundantur, aliud enim est דָּבַר da-bhâr Dixit per a breve, aliud דִּבַּר da-bhâr, Verbum, per a longum, uti apud Germanos hoc discrimen observ. e.g. Schmach / contra samlen; Zhr / mir / contra irren / Sinn. Quæ omnia licet satis clarè ac perspicuè in Gramm. Ebr. monstrentur, pauca tamen circa singula Vocalium Attributa addemus.

S. 36. Circa (1) Numerum Vocalium, decem esse docet Grammat. quarum רָבִי רַבִּי אֶלְעָזָר בֶּן אֶלְעָזָר tribuit R. Bechai in Sectione אַרְבָּעָה Gen. 18. dum scribit: וְרַבִּי הַפְּשֵׁט בַּחֲכָמַת הַנְּקוּדוֹת הַקֶּמֶץ מַעֲלָה גְדוֹלָה לְשִׁבְעָה תְּנוּעוֹת שֶׁהֵם קֶמֶץ פֶּתַח צִיר סִגוּל חוֹלֵם שׁוּק חִירָק כִּי מִתּוֹךְ שִׁבְעָתָם תִּבְנֶה וְתִכְוֶן הַחִירָק וְהֵם הַנְּקוּדוֹת שִׁבְעָה הַבְּרוּרִים אֲךָ שִׁבְעָה קְלוּרִים וְכוּ'

id est, *juxta simplicem sensum in arte punctorum, Kametz dignitatem*

tatem habet præ septem vocalibus, quæ sunt $\tau, -, \cdot, \cdot, \cdot, \cdot, \cdot, \cdot, \cdot$ nam per hunc septenarium edificata & stabilita est Lex, & appellatur septem soni aut septem voces, & cat. Cl. Buxtorf. contrarium statuit: Prima, inquit, l. c. inventio punctorum vocalium ex unico puncto originem duxit; Punctum infra literam est Chirek (\cdot); in medio litere \cdot est \cdot Schurek; supra literam, \cdot Cholem; geminatum infra literam, & lateraliter positum est \cdot Tsere; ex quorum punctorum confluxu ortum est — Patach; ex iisdem perpendiculariter; uno supra alterum positis, factum (\cdot) Schva: triplicatum in formam trianguli, constituit \cdot Segol, ex quorum trium punctorum confluxu prodit \cdot Kametz. Hinc septem prime vocales, $\tau, \cdot, \cdot, \cdot, \cdot, \cdot, \cdot$, quarum multi authores meminerunt. Chirek deinde distinctum, & post quod erat \cdot , vocatur Chirek magnum \cdot sive longum, alterum, Chirek parvum sive breve. Similiter Cholem sicut distinctum in magnum & parvum, cui figuram dederunt mutuam à Kametz, propter soni affinitatem, & dictum Kametz chatuph vel Kametz chatoph \cdot , quasi dicas, Kametz breve. Denique Kübbutz \cdot subdivisum in breve, cui indita figura à Segol, ejus punctis in formam erectæ scalæ trajectis. Tunc factæ decem vocales, quinque longæ, totidem brevæ. &c. Quibus notatis, facile judicandum est, tum de (\cdot) an & hoc Vocalibus sit accensendum, quo de §. 40. tum de Figura, Nomine, & Potestate Vocalium.

§. 37. Quod igitur (2) Figuram Vocalium attinet, illa ex Chirek aliisque vocalibus confluisse indeque formata esse putatur Cl. Buxtorfio §. præced. in cujus sententia acquiescimus, &

§. 38. (3) quæ Nomina Vocalium observamus, quædam harum $\sigma\eta\upsilon\alpha\sigma\iota\mu\epsilon\alpha$ nonnullis Grammaticis videri, (uti Consonantium Nomina §. 9.) ita Buxtorf. in Lexico Rabb. sub Rad. סגול Segol, ait, est vocalis trium punctorum, quæ formam botri referunt apud Grammaticos (\cdot) nam סגול seu סגול Chaldaicæ est botrus. Cui subscribit Schindlerus Lex. Pentagl. sub ead. Rad. *Segol, inquit, est punctum*

Etum vocale (..) quod *botrum urve* refert. Sed licet una item,
 que altera Vocalium certum symbolum referre videatur, de
 omnibus tamen id affirmari nequit, hinc de earundem No-
 minibus idem judicandum est, quod de Consonant. per §. 9.
 Equidem jam laudatus Schindl. & Buxtorf. in Lex. Nomi-
 na Vocalium explicasse videntur, *Kametz*, inquentes,
Vocalis Alonga sic vocatur à Grammaticis, quod in ejus pronun-
ciatione necesse est colligere (à Chald. *קמץ* collegit) *labia*
simul; de Pathach Buxtorfius l. c. sub Rad. *פתח* nullam
 (istius Nominis) dat rationem. de Chirek (sub Rad. *כירק*)
 frendere dentibus) ait: *hoc est punctum vocale apud Gram-*
mat. valens i, sic dictum, quod ejus sonus similis est stridori ja-
nue, vel frendori dentium, at quis non videt, ipsis sermonem
 esse de Nominibus Vocalium, non autem de harum genui-
 no sono ac tono, quæ, cum omnes æque ac in lingua Germ.
 in Gutture efferuntur, ut *τ a, .. e, i, o, u* &c. nec
 stridorem dentium sonant, nec alii quippiam soni, à Bux-
 torf. Schindler. Vocalibus adscripti. quid? cum *פatachi*
 (—) sonus exprimat *a apertum*, cur non potius vocalis fo-
 num, quam nomen exprimat. quoniam dicitur à *פתח* *ape-*
rui, uti in aliis linguis dantur vocales apertæ, e. g. in Lin-
 gua Gallica præter *a*, præcipuè (*e*) apertum, quod ore a-
 perto pronunciatur, ut: *elle, belle, peste, bête*. Præterea No-
 mina Vocalium apud Masoreth. variant. Nam si quis in
 Masoram inciderit, deprehendet Nomen *Kametz* tribui vo-
 cali & *τ* & .. ita quidem ut Masora hoc (..) dicat *Kametz*
 parvum, illud (*τ*) *Kametz* longum, sicuti vocalem .. &
 —, promiscuè vocat Pathach, vide Masor. in Gen. 2. v. 22.
 Exod. 25, 29. &c. ita tamen ut singulis vocalibus sua mane-
 at pronuntiatio & *Potestas*, qua de sat dictum esto in §. 35. &
 Grammat. nostr. Ebr. in qua, vocalibus pertractatis, *sequitur*

S E C T I O III.

De Schva (:)

§. 39.

HOc (:) Schva aliàs dicitur חֶטֶף *Chateph*, id quod in Grammat. nostra ex Masora notavimus, nam Masora, (ut unicum locum afferamus) ad vocem חֶטֶף Psal. 57, 2. notat, *hanc amplius non reperiri cum Chateph*, i. e. Schva simplici, sed semper cum Schva composito ::, nisi loco cit. conf. §. hinc si huic (:) seu Chateph addatur -, .., τ fiunt Schvajim composita -: Chateph patach; :: Chateph fægol; τ Chateph Kametz, quæ per se cum una consona syllabam non constituunt, nec proinde sustinent Accentum tonicum, hinc vulgò dicuntur Vocales impropriæ, seu Ministri Vocalium. conf. ea, quæ circa Regulam IV. notavimus.

§. 40. Quapropter Queritur: *An Schva simplex & compositum in numerum Vocalium sit recipiendum, & quonam gaudeat sono?* Antequam respondeamus ipsiusve naturam explicemus, in antecessum cum Viris Clarissimis notamus, Vocales, quippe animas vocum, ita necessarias esse, ut Ebraeus Codex Vocalibus destitutus, in multis vocibus Hieroglyphicus & instar Regulæ Lesbiæ sit, cuilibet opinioni sese accommodans, teste B. Kromayer. Theol. Posit. Artic. 1. Thef. VII. & Cl. Buxtorf. in Tract. de Punct. Antiq. & Tiber. Cap. IX. nam profecto si hæ voces דָּבָר דָּבָר דָּבָר דָּבָר דָּבָר דָּבָר &c. destituantur suis vocalibus, quomodo genuina ipsarum significatio possit distingui? hinc amphiboliæ ergò vitandæ, locò Vocalium in Targum (olim non punctato) nec non scriptis Talmudicis & Rabinicis usurpatae sunt literæ אַי qua etiam propter dicuntur אַיִן הקריאה Matres lectionis, ita ut אַי sit loco τ & -; אַי loco חֶטֶף, אַי & ::; אַי loco Chirek, .. & :: ut & fæpe loco (:)

ampli-

simplicis & compositi. Verum an non melius textus sensui consultum fuisset, si voces genuinis vocalibus stipata fuissent? siquidem in ipso Targum, cui, urgente necessitate, Vocales tandem additæ sunt, adeo vitiosa & monstrosa jam jam punctatio non esset, dum literis illis אורי (loco vocalium primùm adhibitis) unâ in textu relictis, vocales longæ cum brevibus, & contra, confunduntur, ipsumque Dagesch lene post vocalem longam impressum deprehenditur, ut יקדתי *opus*, Dan. 2, 44. relicto י ex אורי pro יקדתי. à qua punctationis monstrositate cum Codex Ebraus sit alienissimus, luculentissimè constat: *Vocales, quas hodie in Codice Ebræo habemus, non ab hominibus demum adjectas, sed à Spiritu S. profectas consonisque coevas esse*, id quod celeberrimi Nostrates Theologi & Philologi contra secus statuentes evincunt.

§. 41. Ac proinde rectè miramur aut potius risu excipimus Sententiam Olivarii Bulæi Vinsobrii, qui in peculiari Tractatu aliam methodum Ebrææ Linguae legendæ præscribit, & in locum vocalium substituit literas quiescentes אורי quæ significant a, e, u, i, sique nulla ex istis adsit, & lectio absque vocali fieri nequeat, vocalem a, ubique adhibendam esse statuit. ita ut פאל.ו.י.ו. ita sit legendus:

אשר הואש אשר לא חרך בעצת רשעים
 .raščhaim bahhazat eic la aschar eaisch ashri

quam autem absurda sit hæc methodus, per se patet, hinc missis his, quippe ad rem nihil facientibus, *Questionem* supra de Schva motam revocamus.

§. 42. Cum enim certò sit certius, Vocales ut Animas vocum ad indubitatam lectionem maximè necessarias esse, non abs re *Queritur: An S (?) propria sit vocalis, & an certo gaudeat sono?* Ad hanc *Questionem* pie ego respondeo, dicendo, quod divina pronæa literas Ebrai Codicis non solum vocalibus, sed aliis etiam characteribus & Accentibus (*inprimis in Textu Decalogico, Exod. XX. cum Deut. V. usque* singula voces duplici Accentu Tonico sept. & contra corrupte-

ruptelam quasi munita sine, quippe nunquam interitura) ita stipavit, ut licet una atque altera litera, aut per incuriam, aut fraudulenter omittatur, Vocales tamen & reliqui Characteres id prodant. Quibus observatis, dicimus esse tantum X. Vocales propriè sic dictas, & in Sect. II. Gramm. obvias, ita ut quælibet vocis Syllaba unam ex his vel longam vel brevem accipiat; quod si verò adfit Syllaba composita, constans binis aut pluribus literis, hisque non singulis, sed uni tantum certa vocalis substernatur, ut **בְּקָרְתָּ** hinc reliquæ literæ vocalibus nudatæ accipiant necesse est alium stipatorem, nempe (:) quem capropter dicimus Ministrum Vocalium, literæ vocalibus destitutæ ministrantem per §. 39. ita ut jam dicta vox sub prima & media literis, vocali destitutis, accipiat (:) expressum, sub ultima implicitum **בְּקָרְתָּ**.

§. 43. Præter Quiescentes **וְרָרָה**: quia hæc in præfenti vocali quiescunt, ac proinde Syllabam rotundiorè absolventes expressum (:) ut accipiant, necesse non habent, hinc etiam est, quam ob rem sæpe elidantur, per Reg. XXXI. Membr. II. Conf. tamen §. 60.

§. 44. & præter ultimam literam, quæ accipit (:) subintellectum, idèò fortè non exprimendum, quod ipsius valor ex ipsa ultimæ syllabæ natura est judicandus. Sive enim ultima syllaba constet vocali brevè, sive longâ, utrobique tamen judicare possumus, debere adesse in fine literam, licet Schva non sit expressum, ratio: quia vocalis brevis, quæ constat syllaba, nunquam ordinariè cum una consona in fine faciit syllabam, sed semper cum pluribus. Quamvis itaque literæ cujusdam per incuriam aut fraudem omisissæ, defectus non ex hoc (:) subintellecto possit argui, tamen ex præcedente vocali parva, quippe per se cum una consona syllabam non absolvente: ubi enim legeris **בְּ** pro **בַּ**; **הַ** pro **הַ**? Sic licet ultima syllaba constet vocali longâ, defectus tamen literæ, aliàs ex Schva, vel & substrata vocali judicandus, ex ipsa vocali longâ potest judicari: quia nec

hæc cum una consona in fine consistit syllabam, præter nonnulla servilia affixa, ut ך , ך vide tamen Reg. XXII. Membr. II. Quapropter à vero haud aberrasse videor, quod affirmavi, punctum (:) non esse vocalem, sed à divina pronona literæ, vocali denudatæ substratum, sec. Reg. II: ut eandem quasi sepiat, nec non contra sphaalmata muniat, vel hæc forte facta, prodat.

§. 45. Quibus notatis, facile constat, nullum certum sonum שׁ (:) & mobili & quiescenti competere, sive enim scribatur in voce supra notata (aut aliis) שׁ sive o-mittatur שׁ eadem ipsius lectio est: *pkadh-ém*: sic שׁ ave שׁ שׁ שׁ שׁ שׁ , fermè uti (e) gallicum in medio pos-
situm, ut cela *ssla*. Quare si quis voces, Schva sive mobi-
li sive quiescente notatas, feliciter legere gestiit, ille cogitet, ac si nullum (:) adsit, & lectio erit felicissima: quemadmo-
dum illud abest in aliis linguis, quæ tamen absque illo feli-
citer leguntur, e. g. in Syriac. ܫܡܫܘܢܐ *schmájo*. ܫܡܫܘܢܐ

breschibh, cur ergò in Ling. Ebræa legamus בְּרֵשִׁית *bere-
schibh*, cur non accuratius *breschibh*? uti in Græc. lego $\alpha\rho\epsilon\pi\tau\omega$;
Latin. premo; Germ. predigen / Franckfurt / sive Ebraicè
 וּרְנַנְכּוֹרֵט ; sic סְטְרַאסְבוּרְג Strasburg, in quibus omni-
bus quedam שׁ (:) potestas includitur.

§. 46. Et sanè Origo ipsa שׁ (:) id evincit. Nam B. Wasimuthus, R. Abb. Efram, Junium & alios secutus, in Hebraismo derivat שׁ Schva à שׁ *equari, equalem esse*: quod aequaliter se habeat ad quemvis sequentem sonum, atque ita proprio sono careat. Hinc Cl. Buxt. in Tr. de Antiqv. Punct. p. 219. format à שׁ i. e. *frustus, vanum*, vel quasi nihil: quia nullus gaudeat sono; & Bellarm. à שׁ *reverti, reduci*; quod litteram suam ad aliam reducat. Quamvis ego שׁ (:) derivandum malle à Rad. שׁ vel Chald. ܫܘܒܝܢܐ *captivum duxit*: quia litteram suam, si sit mobile, ad sequentem; sin autem quiescens, ad præcedentem vocalem quasi captivum ducit & secum rapit, hinc (:) Masoretis dicitur *Chateph*, à

חטף

אָפּהּ *epuit*, hujusq; Partic. אָפּהּ, ut: אָפּהּ *pkódh*, אָפּהּ *eph-kódh*. Proinde Ebraicè effet אָפּהּ seu אָפּהּ (per Reg. 31.) ac proinde Latine *Schbba*; vel אָפּהּ *Schba*, si nimirum sit à אָפּהּ æqualis fuit (quæ quidem significatio coincidit cum אָפּהּ: siquidem & hæc apud Arab. significat æqualis, similis fuit); minùs autem commodè *Schb-va*: quia punctum (:) in אָפּהּ seu אָפּהּ nullum sustinet accentum tonicum, nec proinde absolvit syllabam, sec. Reg. IX. Membr. I. Gramm.

§. 47. Quapropter rectè miramur Zelum istum, quò Lud. Cappello tantum non illa rumpuntur, dum in Animadv. ad Lyr. Dav. p. 17, 18. scribit: *geminarit quis פּ in אָפּהּ ut non essent Scheva? ne Tartarus quidem aut Turca cefigulam & illa rumpat: nullus Sarmata vel Bulgarus, licet gurgur frangat & medius crepet.* Sed quid? si istud (:) omittatur, annon vox citata אָפּהּ vel אָפּהּ (geminatà lit. פּ per Dagesch sec. Reg. 7.) legi potest *pak-kdu*, ut sonus quidem פּ אָפּהּ geminati, non autem אָפּהּ (:) audiatur?

§. 48. Sic alii provocant ad Linguam Græcam, quæ Interpretes אָפּהּ (:) reddiderint per vocalem, ex. gr. אָפּהּ *σέξυλ*, אָפּהּ *σόδουα*. Sed respond. hæc viâ אָפּהּ (:) competeret varius & dubius sonus, ut omnium vocalium sonum sustineret, quarum usus & sonus tandem nullus est. Siquidem redditur mox per *a*, mox per *u*, mox per *o*, mox per *i*, mox per *o*. Hinc ex Versione Græcæ Linguæ, Genio se suo accomodantis, sonus אָפּהּ (:) extorqueri haud potest. Sic quamvis provocent ad asperum, imprimis quæ literas Gutturales, sonum, si scil. אָפּהּ (:) omni destituatur tono, hoc tamen imbecillitati pronunciationis nostræ, non ipsi Linguæ est tribuendum. Sic Poloni & Galli uno flatu multas efferunt literas, quos Germanus ægrè imitabitur. Quod attinet Schvajim composita, literis Gutturalibus propria, fatemur quidem, ista absque sono quodam, si quis fuerit, vix posse efferri, ut אָפּהּ, אָפּהּ at hic sonus non adscri-

bendus $\text{טל} (:) ,$ sed puncto $\text{טל} (:)$ compositi primario — & \cdot , ita tamen, ut non tam sonus, quam quoddam soni analogum sit: aliàs enim $\text{ל} \text{Schva}$ simplex & (pro eo sub Gutturalibus) compositum absolveret cum sua consona syllabam, quod est contra naturam $\text{ז} (:) ,$ hinc & par ratio est Schvajim compositorum, quæ est $\text{ז} (:)$ simplicis, qua lætionem & valorem. Quo de in Reg. I. plura, ut & de ט Chateph kametz & Kametz Chatuph in Reg. XII.

SOLI DEO GLORIA!

Quæ irrepsere Errata, B. L. corrigat.

Pag. 2. lin. 8. respondet, pro respodet. lin. 18, pro 10, legat. 20.
p. 3. lin. 10. post *miorem*, interponat: *omissô*. p. 11. l. 5. pro v. 3.
leg. 13. lin. 11. אחר pro אחר . lin. 19. pro v. 34. leg. 24. lin. pen-
ult. פר pro פר . p. 12. lin. 17. pro 6, 16. lin. 21. pro 5, 15. l. 23.
pro v. 9. leg. 19. p. 16. lin. 27. ט pro ט . p. 19. lin. 8. dele *ut*. pag.
20, lin. 28. ז pro ז . p. 24. ך pro ך .





01 A 6627

ULB Halle

3


003 090 558




Sb.

01 A 7







3
3

ISMUS OGICO- TICUS,

o indultu
HILOSOPHICÆ,

. die *Septembr.*

P.

EDO Steinbrecher/
ensi,

NDENTE

RICO Junghans/
á-Mifn.

S I Æ,

Æ ZEIDLERI.

